

cor. petala quinque oblongo-ovata, obtusa, patentia. Nectarium est glandula prominens jn singulo petalo supra unguem.

stam. filamenta numerosa longitudine corollæ, basi in tria corpora coalita. antheræ subrotundæ.

pist. germen subrotundum. styli tres, simplices, longitudine staminum. stigmata simplicia.

per. capsula subrotunda, trilocularis.

Sem. Numerosa, subrotunda.

Ergo eadem nota ab hyperico distinguitur, qua ranunculus ab adonide. nec illud solum genus hodie communicabo. alia quinque accipias, quæ ex speciminibus siccis exactissime condidi.

#### Columellea. gen. 2.

Cal. perianthium monophyllum, quadrifidum, erectum, persistens, basi germine prægnante.

Cor. petala quatuor ovato-lanceolata, magna, calici jnserta.

Stam. filamenta octo jnflexa, filiformia, longitudine corollæ, calici jnserta. antheræ subrotundæ.

pist: germen jnfra receptaculum. Stilus simplex, longitudine staminum. stigma capitatum.

per. Bacca tetragona, calice clauso umbilicata, quadrilocularis, quadrivalvis.

Sem. multa minima angulata.

Crescit jn jnsula Martinicana: arbor foliis oppositis, ovatis, crenatis, glabris, caule quadrangulo, floribus jn umbellam Dispositis.

#### Nissolia. 3. gen.

Masculi flores plurimi jn capitulum ovato oblongum congesti. caliptra nulla.

Anthera teretiusscula ore aperto, tecto capitulo.

Muscus foliis reflexis, lycopodii facie. crescit jn jnsula dicta *La guadeloupe*.

#### Elaphoglossum. 4. gen.

fructificationes jn puncta ovalia creberrima coeuntia dispositæ. Receptacula fructificationum setis obvallata.

Hujus generis sunt: *Lingua cervina scandens* ilicis cocci glandiferæ fol. plum.

*Lingua cervina villosa* minor plum. &c.

#### phyllitis. 5. gen.

fructificationes jn lineas squammis cinctas dispositæ.

hujus generis sunt: *Lingua cervina* villis et squammulis aureis muscosa plum.

*Lingua cervina squammata* et jn cuspides divisa plum.